



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118278**

§. 18. Ludovicus Andegaviæ Dux moritur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](#)

no. Papa id edoctus per Theodoricum  
Sæcul. XIV.  
Niemium eos iuslit ad se reverti, ac nihil A C 1384.  
metuere. Theodoricus obvios habuit  
duos Cardinales, & multos Papæ Au-  
licos jam redeuntes: ac Neapolim dela-  
tus cæteros, ut idem mox facerent, ad-  
duxit, præterquam Cardinalem Reati-  
num; qui revenire unquam renuens Nea-  
poli hærebat novis contra Urbanum con-  
filiis occupatus.

§. XVIII.

*Ludovicus Andegaviæ Dux mo-  
ritur.*

Cum Carolum de Pace ad pugnam de-  
cretoriam adigere nunquam posset  
Andegaviæ Dux præter opes, copias, de  
Francia adductas frustra consumpsit; par-  
tem suorum parvis cæsam præliis; pluri-  
mos morbis oppressos, inter alios Sabau-  
diæ Comitem Amadeum anno priore sub *Valsing.*  
*p. 298.*  
diem Paschatis extinctum, militi reliquo *Vita p. 510.*  
deesse omnia, ærariumque suum exhau-  
stum dolens: tandem & ipse morbo, ac  
mœrore absumptus obiit prope Barium  
20 Sept. 1384. In titulo Regis Siciliæ,  
ac in Provinciæ comitatu ei Ludovicus  
suus filius natu major vix septem annos  
habens successit sub imperio matris suæ  
Mariæ Britannicæ.

Bb 3

Papæ

Sæcul. XIV. Papæ commoratio in urbe Nuceria  
 A. C. 1384. Regi Carolo haud probabatur, malasque  
 movebat suspiciones: itaque 10 Nov. il-  
 Rayn. 1384. lum oravit, ut Neapolim rediret. Urba-  
 nus reposuit: Reges Papas, non Papæ  
 Reges adire solent: atque si nostram ale-  
 re amicitiam velis, populum tributis le-  
 va! Rex iratus subjecit: Possum impo-  
 nere plura: hoc regnum armis obtinui:  
 id gubernare Papæ non est: imperet Sa-  
 cerdotibus! Ab eo tempore nulla Pa-  
 pam inter ac Regem concordia fuit.

## §. XIX.

*Religiosorum privilegia constringuntur.*

*Krants me-* Reversus tamen Neapolim eodem men-  
*tropol. l. 10. c. 21.* se Papa, ut explicaret Clementinam  
*Rayn. n. 5.* Dudum de sepulturis, ac Regularium pri-  
*Sap. l. 91. §. 60.* vilegia constringeret, ad omnes omnium  
 Ordinum Religiosos scripsit sanctionem,  
 cuius hæc est summa: Vetamus, ne die-  
 bus Dominicis festisque in templo vestra  
 paroecos recipiatis ad rem Divinam, vel  
 eos sine permisso Curionis sui ad tribunal  
 sacrum admittatis. Siquis Sacerdoti  
 alieno suas confiteri noxas velit, debet  
 ex præscripto Concilii Lateranensis prius  
 consensum Sacerdotis sui obtinere: alio-  
 quin absolvi haud poterit. Ne paroecia-  
 rum templis debita subtrahatur pietas, in  
 vestris